

Innocentius IV. papa, Alberto de Buch  
ut archiepiscopum Prussia ad presenti:  
am papa citare procuret.

Innocentius episcopus servus servorum Dei,  
dilecto filio Alberto de Buch, Cisterciensis or:  
dinis Misnensis diocesis etc. salutem et apo:  
stolicam benedictionem. Negotio fidei quod in  
Prussia partibus agitur, ex eo ut accepimus  
graviter derogatur, quod venerabilis frater no:  
ster archiepiscopus Prussia, Livonia et Esteni:  
sis apostolice sedis legatus, ac dilectus filius  
frater Theodorus preceptor et fratres hospita:  
lis sancte Marie Teutonicorum partium ear:  
runden sunt ad invidiam in gravi lite et dai:  
mnosa discordia constituti. Cum autem salu:  
bre remedium super his deceat per sedis apo:  
stolice providentiam adhiberi, de fratrum no:  
storum consilio dicto archiepiscopo dedimus  
nostris literis in mandatis, ut usque ad fe:  
stum Pascha proxime venturum, quod sibi  
pro termino peremptorio duximus assignan:  
dum, se personaliter apostolico conspectui re:  
presentet, nostro beneplacito super his, pro quib:  
bus ipsa discordia orta esse dignoscitur, pa:  
riturus. Maxime cum viva voce iniunxerimus  
predicto preceptor, qui est vicarius dilecti  
filij magistri hospitalis eiusdem in parti:  
bus transmarinis, ut simili modo propter  
hoc

121  
hoc compareat coram nobis. Quocirca discretio:  
ni tue per apostolica scripta mandamus,  
quatenus eundem archiepiscopum auctoritate  
nostra peremptorie citare procuret, et usque  
ad predictum terminum nostram personaliter  
adire presentiam non obmittat. Diem autem  
citationis et formam nobis per tuas literas  
harum seriem continentes, intimare fideliter  
non postponas. Datum